

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6145

Auteur(s) : Robert II, Meulan (comte)

Bénéficiaire(s) : Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1166, 10 avril-1171, 11 février]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert [IV], comte de Meulan, confirme les dons faits par son père Galeran [III] à l'abbaye Saint-Pierre de Préaux : cinq arpents de jeune vignoble, cinq autres arpents de terre pour y planter de la vigne, libres de toute coutume et droit de pressoir, un hôte habitant dans la même ville, libre de toute coutume, comme il l'était dans son domaine. Après la mort de son père il a ajouté pour le repos de l'âme de ce dernier, pour la sienne, et celles de tous ses ancêtres et amis, dix autres arpents pour y planter de la vigne, contigus aux terres précédemment octroyées par son père ; il a en outre abandonné aux moines la vigne que ceux-ci avaient achetée à Herbert l'Anglais, ainsi que les rentes que ce dernier lui rendait.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B37, p. 251-252.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir ROUET, *Cartulaire de Saint-Pierre-de-Préaux*, n° B37, p. 251.

Felgeroles : Feuguerolles (cant. Le Neubourg) ou Feuguerolles à Nassandres et à Brionne (Eure, cant. Brionne). Sancta Maria : Notre-Dame-du-Val, dont la paroisse a été appelée « Sainte-Mère-Église », ancienne commune réunie en 1833.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Robertus, comes Mellenti, filius Gualeranni comitis, notum fieri volo omnibus hominibus meis et omnibus in Christo credentibus me concessisse donum quod pater meus dedit ecclesie Sancti Petri de Pratellis, videlicet quinque arpenta nove vinee apud Obergenvillam et quinque alia arpenta terre ad plantandam vineam, ipsi vinee contigua, quieta ab omni consuetudine et exactione et pressoragio, et etiam unum hospitem quem dedit in eadem villa, quietum ab omni consuetudine, sicut erat in dominio suo. Huic autem donationi testes affuerunt : Robertus de Formovilla ; Willelmus Malveisin ; Robertus de Jovigne ; Willelmus de Bailluel ; Willelmus de Pinu ; Goscelinus Rossel ; Willelmus de Hangemara ; Johannes de Lunda ; Robertus de Felgeroles ; Rogerius de Campigneio ; Alannus de Tanaio.

Post mortem vero ejusdem patris mei, ego ipse Robertus, comes Mellenti, dedi et adjunxi predictae donationi pro anima ejus et mea et omnium antecessorum et amicorum meorum decem alia arpenta terre ad plantandam vineam contigua et propinquiora predictae vinee et terre, quam isdem pater, sicut dictum est, eidem ecclesie Sancti Petri

Pratelli donaverat quieta ab omni consuetudine et exactione et pressoragio. Preter hoc autem concessi monachis Sancti Petri Pratelli totam quietationem vinee quam mercati sunt a Herberto Anglico, quantum ad me pertinet, et etiam redditus quos mihi inde reddebat. Testes : Gislebertus le Saine ; Hugo de Sancta Maria ; Herveus de Clerbec ; Ricardus Brito ; et Radulfus de Grolaio ; Ricardus le Bigot ; Ricardus de Tregevilla.